

ad dexteram vel sinistram¹⁸ et ¹⁹aspera dirigit in vias planas¹⁹. Hic lacerata iura ratificat, hic ecclesie filios sub tyrampnico iugo deductos absolvit et lacte materno sancte matris Ecclesie enutrivit. Sane quia hominum non durat memoria, a primordio seculi scriptura^f dicitur instituta iuxta illud propheticum: „Precepisti, Domine, hec scribi“, et illud evangelicum: „Audiui vocem de celo dicentem: ‘Scribe!’“²⁰, et illud psalmisticum: „Lingua mea calamus scribe velociter scribentis“²¹. Ipsa etiam scriptura multis subiacet periculis, unde dederunt iura consilium, quod quis duplicia instrumenta componat. Si ergo iustis hominum dicitur salubre consilium, quanto magis ubi ecclesie Dei facta pensantur, cuius iura, sicut experientia rerum magistra²² iam docuit, nonnulli etiam ecclesie lacte nutriti occultare et lacerare conantur. De supradicti domini legati mandato, cuius gesta scribuntur magnifica^g, in infrascripto volumine originalia^h et instrumenta diversorum iurium camere Romane ecclesie sunt de verbo ad verbum fideliter exemplata per me notarium infrascriptum et abscultata cum infrascriptis notariis, qui una mecum de auctoritate et publicandi licentia sunt rogati.

f) folgt gestrichen non.

g) über der Zeile nachgetragen.

h) Hs. orriginalia.

18) Sinngemäß mehrfach, in dieser Formulierung bei Rufinus, *De benedictionibus patriarcharum* II 14, ed. Manlio SIMONETTI, CC 20 (1961) S. 183-228, hier S. 212,14-15.

19) Vielfach belegt; möglicherweise direkt aus Isai. 40, 4 oder Luc. 3, 5: aspera in vias planas.

20) Apoc. 14, 13.

21) Ps. 45, 2.

22) Hans WALTHER, *Carmina Medii Aevi Posterioris Latina II: Proverbia Sententiaeque Latinitatis Medii Aevi*, Teil 4 (1966) Nr. 26588a S. 572 (Rerum magistra experientia est); auch Reg. Benedicti I,6.